HINCMARUS REMENSIS. BEDA VENERABILIS. WALAFRIDUS STRABO. ISO SANGALLENSIS. BEDA VENERABILIS. HERMANNUS CONTRACTUS. HIERONYMUS

Mitte 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

M.XL.VIIII. Imperator natale domini frisingie. & purifi
catione sancte marie radispone agens.
baioarie ducem chonradum constituit.
& circa quadragesimale tempus inde
in saxoniam recessit. Gotebaldus
metensis episcopus positus. & in aquile
gie patriarcha bis duobus defunctis
ab imperatore promouetur. Initia glaciali
hieme suppeditante. non nulli de
partibus maritimis milites & prin
cipes cum ladioensi episcopo & traiecten
si atque metensi congregati. theodorico
in phladirtinga insidias tendunt.
commissaque pugna uictum occidunt.
& prouinciam illam imperatori subiciunt.
Quam tamen multo post gotefridus oc
cupans ab eisdem pugna petitus &
uictus. uix aufugit. Eodem tempore
brun leucorum episcopus ab imperatore electus
romaque missus. summo honore susce
ptus. & in .xl. papa ordinatur leonis
noni nomen accepit. Qui in proximo
pascha odalricum augiensis cenobii
prouisorem romam uenientem abbatis
benedictione consecrauit. & monaste
rium eisdem priuilegia antiquitus a sede
apostolica tradita sui auctoritate con
firmauit. & innouauit. indictione ii.
vii. Kal. Aprilis. Idem post in ebdomada
post albas synodum cum italie episcopis rome
celebrauit. Idem in ebdomada pente
costes aliam synodum papie celebrauit.
Indeque per montem iouis cum plurimis
romanorum alpinas partes deuenit.
Exacto etiam tempore Odilo uenerabilis
cloniacensis cenobii & multorum pater
monasteriorum migrauit ad dominum. Secuta
estate cum imperator expeditionem contra
gotefridum & baldwinum a domno papa
excommunicatos pararet. gotefridus
tam imperatoris quam pape excommunicationem
pertimescens ad deditionem aquisgrani
uenit. & optulante papa gratiam imperatoris
promeruit. Baldwinus uero utrique contem
nens. uastata ab exercitu magna ex
parte prouincia sua tandem obsides de
dit. & cum imperatore pactum fecit. Autumnali
tempore domnus papa synodum magnam
remis cum galliarum episcopis habuit. Inde
magonciacum ueniens aliam synodum
xl. prope episcoporum coram imperatore & regni nostri
principibus celebrauit. & postea alaman
niam ueniens augie festum sancti Clementis
& dominicum aduentum domini. vi. Kal. decembris
egit. ac per augustam baioariam transiens
natale domini uerone coluit. M.L.
Imperator uero idem festum in saxonia mansit.
Ipsa hieme cum episcopis radispone Gebehar